



BIBLIOTEKA


Zakł. Nar. im. Ossolińskich

XVII

2586







ACADEMIA CRACOVIENSIS

Seu

De illius felicissima atque auspiciatissima Erectione,

COMOEDIA

Cuius tres partes :

Prima, Ante Erectionem: *Barbaries & Idololatria in Polonia regnant. Religio Christiana à Mieczislawo & Polonis suscipitur: primaq; Academia fundamenta iaciuntur.*

Secunda, Circa Erectionem. *Fortuna potentia monstratur. Academia à Rege Vladislao Jagellone & Repub. erigitur, & Dialogus in honorem Fundatoris ex eiusdem Armis gentilibus exhibetur.*

Tertia, Post Erectionem. *Dum Pietas & literarum studia in Academia florent, Barbaries ad eam euertendam toto nisu contendens variis à variis emendicat subsidia. Academia interim sub Manipuli (cui Olympia instituet) aliorumq; amicorum Siderum Protectione & Clementia cum omnibus suis Mustis tutò requiescit, & uniuersum Septentrionem illustrat.*

Cynico Iudice, Actore & penè vbiique Spectatore.

Integra cur florent quibus hostes mille fuerunt?

Exhibita Cracouiae,



Hoc Pietas ; illud docta Minerua fons.

Anno Domini, 1537.



Argumentum Prima partis.

PROLOGVS.

Ad Apollinis cantum tres pueri Prima partis Actus & Scenas gestu explicat, totiusque Comœdiae Symbolum componunt.

ACTVS PRIMVS, SCENA

Prima. Angelo de Poloniae salute sollicito, Religio, Fides, Spes, & Charitas suam pollicentur operam; sed à Prouidentia retardantur, Dæmone interim de invasione conquerente.

Secunda. Tuba audita, Stupor, Grobianus, Beanus, Sowizdrzal, Furor, Impetus, Error, & alij ad aulam Barbarie conueniunt, quæ egressa mox Regni sui Praefectos creat, & ijsdem Poloniam, Cracouiam & alias, parere iubet.

Tertia. Iudæi per interpretem pro Indigenis suscipi orant: tum opes suas omnes & artes sibi notas declarant.

Quarta. Ijdem in primis linguam Poloniceam cum viua significatorum declaratione: Deinde agri colendi, & aptissimam sibi victus parandi rationem discunt.

Quinta. Ijdem, ea, quæ didicerunt coram Barbarie expedite referunt, & ius Incolarum cum Insignibus suscipiunt.

Sexta. Nuntio de aduentu Idololatriæ accepto Barbaries ex conuocata plebe Sacrificulos eligit, & eos alio induitos eidem obuiam mittit.

ACTVS II. SCENA

Prima. Barbaries Plebe gestiente Idololatriæ præstolatur, Deos cum vario applausu introducentem excipit, eamq; singulis Dijs nominatim commendatis cū tota frequentia vulgi abit tractatura.

Secunda. Duo clam aram Deorum aggressi offerumentorū dulcedine allecti omnino suam exuere statuunt rusticitatem.

Nec mora alter eorum plus quam deus ligneus factus maiora quam cæteri sui Condij operatur.

Tertia. Lustratio & expiatio, primò Sacrificolorum, deinde vulgi, eaq; alia generalis, alia specialis.

Quarta. Ara dedicatur, sacrificium offertur, & à Dæmone odorem sacrificij extollete, totū barathrum ad lætitia excitatur.

ACTVS III. SCENA

Prima. Crassus Grubianus crassioribus moribus instruit iuuentutem.

Secunda. Sacrificium solenne. Hic, postquam Opifices per Præcias moniti, ab opere cessant, victimæ ad tibiæ modulos subsequente Idololatria & tota Barbarie educitur. Factaq; immolatione, libatione & litigatione ad epulas, Deorum laudes & chœreas non absque tinnitu cymbalorum itur.

Tertia. Angelus Dæmone gaudente dolet diuinū in Polonia cultū Idolis exhiberi.

Quarta. Beanus secundum pocula sacrificij æger factus, deliquium patitur, recreatur, præstigijs curatur, & spe vitæ longioris per Augurem facta aufertur.

Quinta. Angelus precatur Deum, vt tandem aliquando vera Poloniam illustret Religione, quam Prouidētia pollicetur breui affuturam.

ACTVS IV. SCENA

Prima. In arce Zemomyslus Filij sui natale celebrat, & dum ob visum ei præter spē donatū lauторi conuiuio Proceres excipit; septennis Princeps eductus rerū variarum obtutu pascit oculos audiūs.

Secunda. Per Präconem Harioli conuocati, cognito Principis mandato, quid illud oculorum præsgium portendat harillantur. Omnes uno ore lucem quandam eo

dam eo regnante Poloniæ cælitùs affuturā ominantur. idque statim Polonia Præfecti exponunt.

Tertia. Angelus illud lumen oculorum interpretans, Christianæ Religionis luce Poloniæ breui illustratū iri pollicetur. Dæmon id pernigat, Idololatriā negligētiae arguit, Salios Marti per Vrbē cātu & saltu sacra celebrare iubet, & ipse cū magna parte Barathri saltifare pergit.

ACTVS V. SCENA

Prima. Miecislaus Princeps Poloniæ Principatum consècutus, suam fortunam de prædicat, & Dijs sacra facturus abit.

Secunda. Polonia vaticiniorum & lucis promissæ memor aduertens dictum Principem iam gubernacula Reipub. tractare consultit speculum, an sibi aliquid de coris accesserit? interim visa priori deformitate ex consilio Comitum suas opes assumit, & formam explorat.

Tertia. Miecislaus orbitatis suæ accusat in commoda, quem Sui consolantur, alij rationibus; Musica & venatione; alij ad Fidem Christi suscipiendam consilio, quod ille post diuturnam deliberationem acceptans, viros, qui illi sacra Fidei dogmata instillent, iubet inquire.

Quarta. Angelus Principis ad Fidem propensione vehementer gaudet, & de aduentu Polonorum Eremicolas edocet, qui illico per aduenientes ad Principem vera doctrina imbuendam inuitati ex Eremo egrediuntur, & grauem Orco suis vestigijs incurunt dolorem.

Quinta. Princeps sacras cogitationes ruminans, summo cum desiderio Eremitas præstolatur, aduenientes excipit, Fidei mysteria studiofissimè audit, & plura percepturus cū ijsdem abit. interim Styx in verba Eremitarum minaciter sœuit.

Sexta. Eremitæ cū Principe egressi, Stygicæ histriones fugant: tum Religio cū Virtutibus præcedente Angelo Poloniæ Custode, alijs canentibus de cælo veniunt. Principis animum suis muneribus expletant, & sacro Baptismatis fonte ablendum deducunt.

Septima. Rusticellum Deo ligneo sacrificantem Flamines suæ exterminationis & calamitatis certissimi, flebili vociferatione turbant.

Octava. Miecislaus se nomen Christo dedisse lætatur, Polonus ad sacra Christiana suscipienda hortatur, & promptissimos experitut: quam alacritatem Polonorū Angelus extollit, & vniuerso Orbi commendat.

Nona. Idem Miécislaus cū omnibus Polonis Christianam Religionem sese constantissimè defensurum strictis gladijs protestatur, & facturus in refractarios dictum reuertitur.

Decima. Edictum regium, vt quisque Deos falsos abdicet, vanos superstitionis ritus & ceremonias aboleat, & Christianam disciplinam complectatur. Cui plebs morigera, ad simulacra sese cōfert ocyus euerenda, eaquæ sacrificulis frustra occultantibus demolitur.

ACTVS VI. SCENA

Prima. Polonia & suæ Comites suscepta à Polonis Christiana Religione longè alienam à priore sibi diuinitus datâ, esse formam cognoscunt, simulque Numini æterno gratias amplissimas.

Secunda. Religio & Virtutes laudibus Miecislaum extollunt, Superuenit Angelus & Basilicas ab eo diuersis in locis extricas Orco obstrepende recenset.

Tertia. Idolo'atriæ & Barbarici referunt Sacrificuli, quomodo simulacra Deorum tracta-

eratabantur; tum Hariolus premissa diuinatione exitium Christianæ Religioni in Polonia breui ominatur.

Uarta. Pueri post susceptram Religionem simulacrum Marzanæ conto præfixum cū querulo & lugubri cantu ferunt, Dæmonie vociferante durius tractant, demū in paludem præcipitato fugiunt.

Quinta. Ex Barbariei consilio Magus ab Idolatria vocatus sceleratis præcibus verā impugnat Religionem, aduocataq; Styge, & consilio secreto inito Manes educit, præcipit, vt Suos ad priorem superstitionem etiam terrore inlecto reuocare current.

exta. Plebi ad ignem superstitionis ouanti, Peregrinus sua medicamenta cōmendat, ibidem Audaculus quidam pyxidis, quā alijs suadentibus violavit, pœnas luit, & totam illam coronam soluit. Tandem Manes Suos territare incipiunt.

ACTVS VII. SCENA

ima. Iussu Dæmonis simulacru cōstituitur. Sagæ conuocantur, veneficijsq; suis Homines, animalia, fruges, &c. petunt,

uanda. Villanus damnæ, quæ per veneficia subiit, susceptæ Fidei opinione falsa imputat, alter iumentum ægrum adducit, & ambo Triueneficam adeunt. Quæ per superstitionis amuleta animal curat, & ad simulacrum erectum remittit.

vita. Angelo imperante Styx idolum tolens ringitur.

Uarta. Polonia duq; deplorat grauissimè, alterum Suos ad priorem redire superstitionem; alterum deesse viros, quorum operâ & diligentia ab illo reuocentur exitio. adest interim Prudentia, mæstâ solatur, & illius utriusq; malj authorem non alium quam ipsam afferit esse Barbariem.

Quinta. Prudentia, vt Barbariei deformitatem medius cognoscat Polonia, excultam & minus moratam in eius aspectum iubet prodire iuuentutem. Postquam autem Politiem & humaniorem disciplinam illi videt allubescere, continuò ad Barbarię ac Idolatria profligandam, præsentissimum medium ac medium solam afferit esse Academiam, cuius summo desiderio accensa Polonia, supplices orat Prudentiam, vt Regi Casimiro (quod ita accidit) illius erigenda quantocuyus seriam iniijciat cogitationem.

ACTVS VIII. SCENA

Prima. Polonia Regem Casimirum de Erectione Academiac serio cogitare latatur, idq; suis Comitibus exponit, quibus superueniens Cracovia de Architectis nuntiat.

Seconda. Architecti Præfecto regio ædificiorum futuræ Academiac exhibent Archetypum. Spectat hæc à longe Grubian⁹, & re ex seruo Praefecti comperta mortem meditatur.

Tertia. Beanus, Barbaries, & reliqui omnes causa doloris Grubiani probè cognita grauiter consternati ingemiscunt, cōsolationem faciunt, æternum contra Academiam ac illius Fundatores bellum decernunt, & vt illa iam excepta astutum impediatur Erectione, vnanimi consensu Legatum ad Parcas expedient.

Quarta. Barbaries cum suis Operarios ad funda- menta Academiac effodienda properantes, in uadit & insolentius vexat.

Quinta. Impetus superueniens aliorū operā funda- menta surrexisse ait. Tum Parcæ saltantes veniunt, & Barbariei præcibus inductæ Regē Casimirum vt tollant sua instrumenta rapiunt, vita regiæ fila pœnè incipiunt & sine morâ præcidunt. Barbaries autem vniuersa Furore & Impetu sudes & arma ministrante ad cuertenda Academiac fundamenta per me- dios Spectatores euojat furibunda.

PARS SECUNDA
C O M O E D I Æ
DE
Felicitissima atque Auspicatissima A C A-
DEMIA Cracouensis
E R E C T I O N E.

JN QVA

Fortunæ potentia monstratur. Academia à Rege VLADISLAO Jagellone & Repub erigitur, & Dialogus in honore Fundatoris, ex eiusdem Armis Gentilibus exhibetur.

Integra cur florent qui
bus Hostes mille fue-
runt?

Exhibita Cracouie,



Scilicet armipotens il-
la tuetur Eques.

Anno Dñi. 1637.

Argumentum Secunda Partis.

PROLOGVS.

ACTVS PRIMVS, SCENA

PRIMA. Polonia mortem Regis Casimiri deplorat grauissimè, cuius doloris causam, Bohemia assignatura, præmittit ex Miechouita lib. 4 cap. 26. Narrationem istam. Anno 1351. Casimirus Rex domos & Lettoria lapideo muro pro habitatione & electionibus Doctorum nouæ Vniuersitatis, pro decoro Regni erigendæ Casimiria ædificauit, missisque notabilibus Nuntijs ad V R B A N V M Papam Quintum huiusmodi fundatione à Sede Apostolica admitti obtinuit. Super quæ Priuilegia, vnum V R B A N I P P Æ P Æ, & duo Regis Casimiri; item literæ ad Archiepiscopum Gnesneñ. Interim autem morte Regis Casimiri hoc opus intermissum. Hanc ergo causam sui doloris esse respondet

SECUNDA. Agnoscit Bohemia iustissimam esse doloris causam; nec cōsolatione vt neglit. afferēs cœpta ista perfici posse, at Polonia negat fore, vt perficiatur fundit' euerfa.

TERTIA. Bohemia roganti qua ratione illa euerſio acciderit Gracouia (nam Polonia præ dolore vix fari) ref. it; eaque omnia commemorat quæ in Primæ Partis Actu 8. Scena 3. & 5. acta fuerunt nimurum, quod Barbaries cognito Regis Casimiri erigendæ Academia studio, contra Academiam cōiurarit, illam primam electionem impedire decreuerit, per Parcas Regem Casimirum sublulerit, eaque sublato, omnia illius cœpta furibunda vallarit.

QUARTA. Bohemia in simili causa, Caroli Imperatoris beneficio, qui Pragensem Academiam instituit, dicit se esse feliciorum, cuius felicitatis vltro facit Poloniam Participem, fore sibi cura spōdens, vt in Academia sua, omnes Poloniae Cives erudiantur ast hæc post actas gratias, male se ait, domi id habere, quod est peregre querendum. Denique omnes visum euerfa fundamenta p̄ergunt.

VINTA. Barbaries R̄ gem Casimirum extinctum & cœpta eius diruta esse lētatur, quām probē Operarios in Actus 8. Scena 4. Sui tutuderint commemorat, illisque

prō talibus meritis vbique regnandi, ius amplissimum præcone proclaimante concedit.

SEXTA. Prouidentia, Angeli, Religionis, & aliarum preces, quibus ab ei erectionem Academæ promissam expetunt maximè, lubenter audit & illis flexa, id iam iam fore, quod fuit pollicita, respondet.

SEPTIMA. Barbaries delectationis gratia cum Suis omnibus vrbes Poloniæ peragrat, per pagos spatiatur, & loca singula inuisit.

OCTAVA. Poloniæ moētæ Prouidentia reddit causam, cur Casimirus non perficerit erectionem Academæ: nempe vt ea gloria (Crömerus lib. 12.) integra sō idaqi lagelloni maneret. Deinde orante Polonia vocat Fortunam, eique præcipit, vt lagellonem primò Duce in Lithuania, deinde Regem Poloniæ faciat.

ACTVS II. SCENA

PRIMA. Fortuna per Famam de suo aduentu significat; deinde visis omnium Comitum insignibus, & ad suum nutum omnia agendi alacritate cognita, res humanas rotare incipit.

SECUNDA. Agathocles cum Parente ollas singit.

TERTIA. Idem Fortuna beneficio à Copia purpuram, ab Honore Regalia, à Felicitate turbam Stipatorum accipit.

QUARTA. Idem audita gratulatione sūorum satellitum, gratias agit Fortunæ amplissimas.

QUINTA. Parens Agathoclem ad opus tum per se, tum per suum vernam vocat, nec Miseriae, quæ Agathoclem Regem esse factum ait, fidem habet: immo ei graues pœnas, vbi redierit, in seius minatur.

SEXTA. Agathocles Parentem, qui cum suū Filium esse pernegat, inuitum ex officina rapit, veste honestiore induit, & ad aulam ducit.

ACTVS III SCENA

PRIMA. Polycrates suam iactat felicitatem, & doloris comparandi gratia, gemmas pretij maximi in mare se abiecisse narrat.

SECUNDA. Piscator Polycrati offert piscem, ab illo ad cœnam inuitatur, & de rerum suarum successu examinatur.

TERTIA

TERTIA. Ministri eam gemmam, quam in
mare proiecerat in pisce allato inuentam,
Polycrati adserunt, qua ille cognita mox
insolentiū gloriari, muneribus suis affi-
cere, & non absque saltu conuiuari inci-
pit, in media tandem lātītia Fortuna ita
ordinātē à Casu de folio detruditor, & à
Suis omnibus fuga dispersis deseritur.

QUARTA. Polycratem Honoris lignibus spo-
hat, Copia vestibus & chameleis priuat,
Miseria pannucio vili induit, Ignominia
fune & compedibus onerat, Aduersitas ad
palom inuitat.

QUINTA. Polycrates inter sua mala vnā cum
toto Fortunæ comitatu, canit eiusdem in-
constantiam.

SEXTA. Fortuna rebus malis Polycratis in-
sultat & verba, quibus se felicem iactasat,
ingeminat, & ad Horatios transfit.

ACTVS IV. SCENA

PRIMA. Casu tympanum pulsante Horatij
à tribus Curiatiis; deinde tres Curiati ab
uno Horatio perimuntur.

SECUNDA. Horatio iuueni Ciues Romani
victoriam gratulantur, & Romanum per tri-
phum ducunt. Fortuna autem eam lāti-
tiam in luctum.

TERTIA. Horatius Sororis à se occise cruo-
re tempestat gladium rotans euolat, & im-
pietatem atque immaturum amorem illius
execratur.

QUARTA. Praeco ad Regem & Senatum
citat Horatium.

QUINTA. Fortuna ordinat, vt Horatius à
Senatu & à Duumoiris damnetur, & tan-
dem à populo absoluatur.

SEXTA. Nuntius Horatiū iam à Senatu capi-
tis damnatum, & eius Questionem Duū
viris esse commissum nuntiat.

SEPTIMA. Horatius generoso animo Paren-
tem solatur, & Decretum prætolatur.

OCTAVA. Sententia à Duumuiris contra-
Horarium lata recitatatur.

NONA. Horatius sententiam iudicium execra-
tur ad populum prouocat, vt vitam si-
donet, orat, tacente jugulum explicat, di-
nique ad lachrymas Parentis Fortunæ fa-
uore ab eodem absoluatur.

DECIMA. Vterque Dijs & Populo gratia
agit amplissimas.

ACTVS V. SCENA

PRIMA. Lycus Tyrannus aduersus Omphalū
iras acut, quem vt tollat facturus coniu-
rationem abit.

SECUNDA. Omphalus sese recreat, de coniu-
ratione à Theseo nuntium accipit, & pro
eo imprudens eundem ad carcerem mittit.

TERTIA. Theseus queritur & mox ab Om-
phalo suam Fortunā accusante reuocatur.

QUARTA. Lycus Coniuratos ad perimendū
Omphalum ire iubet, quo fuga elapsi, i-
psimet aīcē occupatum fuit.

QUINTA. Omphalus exulat, de sua calami-
tate queritur, & rusticum habitum ægrè
à Colono pro purpura obtentum indutus
abit. Tunc Colonus ueste Regia intumescit,
à Coniuratis Omphalam insequentiibus ex-
hauinatur, quā fagit monstrat, & seū il-
lis occulite subtrahit.

SEXTA. Omphalus famem & sitim miserè
pellit, ab obuio Pastore panem, humilitē
imperat, & ab eodem ad fabrilem officinā
commendaōdus vadit.

SEPTIMA. Lycus gloriatur, Suos reduces
de interitu Omphali examinat, & Theseum,
quo authore & adiutore Omphalus fugit
morti crudeli destinat.

OCTAVA. Theseus Filio paruolo cædem eius
deplorans, & eidem exitio sese offerente,
globis traiicitur.

NONA. Lyco Tyranno cædi à Fortuna de-
uoto, Ciues Recip. prodeunt, coniurant, &
Lycum obuium ferro conficiunt.

DECIMA. Fortunæ imperio Ciues Ompha-
luni exulem quæsitudinem eunt, inter Fabros
inueniunt, & recusantem non sine metu
Fabrorum regno restituunt.

ACTVS VI. SCENA

PRIMA. Fortuna iussa Prowidētię exequitur,
Iagellom Regem Polonię creat, mune-
ribus afficit, Comites perpetuos Honorem,
Copiam Felicitatem & Famam addit, tur-
bam satellitum numerosam offert, & fagi
stabilem ei fauorem pollicetur. Hæc autē
omnia Casu, Miseria & alijs ad pedes Re-
gis iacentibus.

SECUNDA. Cifus & Eclitum Miseri occi-
nente, suo saltu recreant Fortunam.

TERTIA. Iagello sua bona nimirum Genus,
Principatum, Diadema, Conjugem, & Re-
ligione

ligione non tam Fortunæ, quam ipsi Deo
accepta refert, sibiique tum Poloniæ, tum
Lithuanie commoda, & ornamenta om-
nia, quam maxime curæ fore promittit.

QUARTA. Polonia & Vrbes lagellonem ad
honorem Regis ascendisse gaudent, eoque
Rege quævis fausta sperant.

QVINTA. Rumor præclara lagellonis facta,
& consilia optima enarrat, scilicet quod
Barones in concordiam redegerit, Perditio-
rum insolentiam fregerit, patriam Gentem
ad fidem Orthodoxam suscipiendam suo
exemplo traxerit, item quod Ecclesiæ ex-
struat, dicit, exornet, & tum sua sponte,
tum Reginæ Hedwigis ductu de erigenda
Academia cogitet Croni. lib. 15.

SEXTA. Polonia, ea quæ de Rege lagellone
Rumor verus attulit, Vribus exponit, &
vna cum illis sese lætitiae tradit.

SEPTIMA. Barbaries exanimata tuba Suos
conuocat, Regis propositum de Academia
aperit, lamentatur, & Stuporem ad Parcas
mittit.

OCТАVA. Vrbes de Academia certant, quā
litem Polonia iubet lagelloni relinquere
decidendam.

ACTVS VII. SCENA

PRIMA. Stupor refert Parcas per fata facere
non posse, ut Régem tollant, præter ipsum
Reginam Hedwigim, cui certum sunt pol-
licitæ interitum. Idem de aduentu Martis
narrat, à quo aduersus Regem poscere o-
pem decernunt, & pro honorifica eius sa-
lutatione sese præparant.

SECUNDA. Martis cum suo Comitatu cele-
bris aduentus, item nobile Comitum i-
plius in officijs & functionib⁹ proprijs in-
genium, & post comparatam dicendi licen-
tiam supplex ad ipsum Barbariei oratio.

TERTIA. Polonia & Vrbes incolumitatem,
& omnem felicitatem lagelloni precātur.

QVARTA. Barbaries narrat Suis Regem lagel-
lonem Marte authore domesticis atq; ex-
ternis bellis distrahi, & proximum discri-
mini esse. Tum aduenit Stupor, Reginam
Hedwigim obijisse nuntiat, & tali nuncio
omnes exultare facit.

QVINTA. Polonia eum Suis mortem Regi-
næ Hedwigis luget grauissimè, ultimam vo-
luntatem de Academia ex tellamento-

ipsius legit. Interim superuenit Nuntius,
iam Legatos Roman, Pragam & Lutetiam
ratione Academiæ eccl̄ missos significat, &
sic denuo à luctu ad lætitiam.

SEXTA. Barbaries insperato perculta dolo-
re, in exilium meditatur.

SEPTIMA. Polonia & Vrbes quām citissi-
mum & quām felicissimum Professoribus
exoptant aduentum.

OCТАVA. Felix & faustus aduentus Profes-
orum.

ACTVS VIII. SCENA

PRIMA. Rex cum Rep. constitutis aliis o-
mnibus erectioni seruientibus, de libertati
bus & ornamenti Academiæ dandis deli-
berat, & duplicitibus Armis eam exornanda
statuit. Aquila videlicet, quam Persona
induta Pontificalibus in folio residens de-
missam, ad solij basim tenet, & Sceptro
duobus in crucem compositis.

SECUNDA. Religio, Fides, Spes, & Char-
tas sibi, & Regno Poloniae gratulantur.

TERTIA. Barbaries pauida à longè rumuscu-
los captat.


QUARTA. Cancellarius nomine Regis & Rei-
pub. dictis ijs, per quæ lætitia & gratula-
tio exprimenda erat, tradit Professoribus
Priuilegia, & omnia insignia; quibus, vt
Sarmaticam iuuentutem, tanquam genera-
lis istius Regni Scholæ Doctores pro suo
candore literis & pietate instituendo, per-
petuò gaudeant, exoptat, & simul ut ea ab
omni in petu & nefario ausu defendant,
hortatur.


QVINTA. Responsio Doctorum, in qua præ-
ter alia, ex huiusmodi Fundatione Regi glo-
riam, Rep. commoda & ornamenta gra-
tulantur; deinde se, & suos Pösteros, ad
ea, quæ sunt ipsis commercata, obligant.

SEXTA. Polonia & Vrbes votorum compotes
factæ lætitia gestiunt, & sibi gratulantur.

SEPTIMA. Ideni agunt Distictus, idem iu-
uentus Polona.

OCТАVA. Barbaries & Sui consternati o-
mnes è latebris prodūt, Regem, Remp &
Professores diris deuouent, rebus suis qua-
cti; rati ne consilere statuant, & vigore
coniurationis factæ in Prima parte Actu 8.
Scena 2. pernicem sese in Academiam
machinaturos minantur.





OPRAWĘ WYKONANO

w prac. introl.-konserwac.

Biblioteki „Ossolineum”

Data 30.7.65 podpis Z. Majchrzak

